

Forfatter: Brorson, Hans Adolph

Titel: Udrag fra FRIDERICO QVINTO

Citation: Brorson, Hans Adolph: "Svane-Sang ; Lissabon ; Mindre digte ; Prosaskrifter ; Tillæg : Paul Diderichsen: Filologisk redegørelse. Arthur Arnholtz: Brorsons vers- og sangkunst. - 1956", i Brorson, Hans Adolph: *Svane-Sang ; Lissabon ; Mindre digte ; Prosaskrifter ; Tillæg : Paul Diderichsen: Filologisk redegørelse. Arthur Arnholtz: Brorsons vers- og sangkunst. - 1956*, 1951-56, s. 339. Onlineudgave fra Arkiv for Dansk Litteratur: <https://tekster.kb.dk/catalog/adl-texts-brorson03grval-shoot-idm140139960843488/facsimile.pdf> (tilgået 25. april 2024)

Anvendt udgave: Svane-Sang ; Lissabon ; Mindre digte ; Prosaskrifter ; Tillæg : Paul Diderichsen: Filologisk redegørelse. Arthur Arnholtz: Brorsons vers- og sangkunst. - 1956

J. N. J. A.

Cum plane singulare & mirum sit Elagium, qvod Mosi tribuitur præ omnibus Prophetis Deut. XXXIV, 10. uti & præ omnibus hominibus Num. XII, 3. autem omnia respiciendum est ad ipsum fontem, unde & quomodo tantam hausit animi confidentiam, fortitudinem & æquanimitatem in omnibus periculis & tentationibus, quem ita ipse declarat: Jehovah vexillum meum, scilicet (Paulo interprete) per fidem, - - Ebr. XI, 23. 24. 27. 28.

CAP. I.

Quis ille sit, queritur; quem Ecclesia vexillum suum esse gloriatur? Moses vocat illum Jehovah. Notum est, hoc 10 nomen, ut nulli Creaturæ communicabile, sic soli Deo proprium esse, & omnibus tribus Personis commune. Quemadmodum autem Deus hoc nomine ab omnibus aliis Diis sese discernit, Ego Jehovah, & nullus præterea, præter me nullus Deus Es. XLVI, 9. XLII, 8. Ita Moses ejusdem nominis professione populum Dei ab omnibus aliis gentibus scilicet idololatriis distingvit, Audi Israel, Jehovah Deus noster, Jehovah unus est Deut. VI, 4. Qvia enim ab essentia nomen habet Exod. III, 14, ac idem est, qvod apud Joannem: Qui est, qui erat, & qui venturus est Apoc. I, 4. Autem vel Αὐτονόματος<sup>1)</sup>, qui ex se ipse est, ens summe perfectissimum, qvod non potest non esse, & quale aliud nullum est, aut esse potest, cui soli omnia alia entia originem & conservationem suam dcent; ideo hoc nomine non omnes modo Deos sicutios, ut postea aureum vitulum in pulverem quasi & cineres redigit, sed etiam omnia alia entia in negotio Religionis & fidei plane annihiliat. Ita omnem tautæ victoriae laudem, nec populo, qui ferro, nec Josvæ, qui etiam fide, nec sibi, qui confinuis precibus pugnaverat, sed soli Jehovah vult tribui atque totam consecrari; Quasi diceret: quid homines, etiam maximi, quid nos etiam

1) Αὐτονόματος konjektur af professor Kaj Barr i st. f. det meningssæde *Autoritator* i originaltrykket. Barr henviser til, at da αὐτούς forklares ved qui ex se ipse est, skal det andet græske ord formentlig svare til det superlativiske *ens summe perfectissimum*, og heri har Brorson da dannet en superlativ af αὐτούς.